

oblongis acutis nervis sublongitudinal. notatis, invol. squamis acutis tomentoso-canescens. \mathcal{L} in montosis herbidis Persiæ valle Kadschadara prov. Nakistchiwan et in montibus Seidschadschi prov. Aderbeischan legit cl. Szowitz! *Lasiospora latifolia* Fisch. et Mey.! ind sem. h. petr. 1835. p. 30. Affinis *S. ensifoliae*, sed folia latiora brevius acuminata, pube brevi tomentosâ subsericeâ nec villis longis instructa. (v. s.)

53. *S. ERIOPHORA*, tota sericeo-lanata, caule 1-cephalo ad apicem usque patentim hirsutissimo foliis non longiore, foliis plerisque radicalibus lineari-lanceolatis 5-nerviis, invol. squamis linearibus acuminatis ligulas adæquantibus. \mathcal{L} in Cappadociâ ad Euphratem detexit cl. Aucher pl. exs. n. 3317! Affinis *S. lanatae*. Lanugo ferè Hieracii eriophori. Flores flavi. Achænia lanato-villosa. Herba 4-pollic. (v. s. comm. à cl. inv.)

54. *S. AUCHERIANA*, caule erecto ramoso striato, foliis lineari-lanceolatis acuminatis trinerviis margine lævibus integerrimis parcè subvelutinis, adultis glabris, capitulis longè pedicellatis, invol. squamis ligulas subæquantibus dorso subcanescentibus. \mathcal{L} in Cappadociâ ad Euphratem legit cl. Aucher! *S. divaricata* Auch.! pl. exs. n. 3315 non Turcz. Affinis *S. latifoliae* sed glabrior, folia 3- nec 7-9-nervia, capitula dimidiò ferè minora. (v. s. comm. à cl. inv.)

55. *S. NERVOSA* (Trevir. ex linnæâ 1835. litt. p. 73), caulibus erectis simplicibus polycephalis, foliis ventricoso-lanceolatis margine scabris multinerviis arachnoideis, achæniis lanatis. \mathcal{L} in Armeniâ. Cæt. ign. †.

Sect. IV. PENTACHLAMYS.

Invol. squamæ 5 uniseriales. Achænia glabra. Pappi setæ paucae basi plumosæ apice aristæformes. — Species Indiæ. An genus proprium?

56. *S. BUPLEUROIDES* (Don prod. fl. nep. 162), caule erecto 1-cephalo glabro, foliis lineari-lanceolatis acutis planis glabris basi villosis caule brevioribus, invol. 5-phyllo, pappo inæquali scabro. (I) in Nepaliæ montibus legit cl. Wallich. Radix fusiformis. Flores striati involucre breviores. An ex invol. 5-phyllo et pappo scabro vera *Scorzoneræ* species?

57. *S. ROYLEI*, caulibus è basi ramosis erectis glabris, ramis apice nudis 1-cephalis, foliis lanceolato-linearibus basi dilatatâ subvaginantibus margine villosis apice callosis glabris, invol. 5-phyllo, pappi setis basi plumosis apice nudis. — in Indiâ orient. legit cl. Royle. Species ab omnibus Europæis distinctissima. Affinis *S. bupleuroidei* videtur sed flores invol. per anthesin breviores demùm longiores, pappus verè plumosus et folia basi vaginantia (ferè ut in *Alopecuro*) et pallida satis distinguunt, saltem ex descr. Donianâ. (v. s. comm. à cl. Royle.)

Sect. V. POLYCLADA.

Capitula 6-8-flora. Invol. squamæ 6-8 pluriseriales. — Caules ramosissimi foliosi. Cor. flavæ.

58. *S. DIVARICATA* (Turcz.! dec. p. 21. n. 23), glabra, radice suffrutescente, caulibus ramosissimis divaricatis, foliis brevibus filiformibus apice uncinato-recurvatis, capitulo paucifloro, invol. cylindrici cano-pubescentis squamis inter. 3-5, infer. totidem abbreviatis. \mathcal{L} in montosis lapidosis Mongoliæ Chinensis. Flores pauci lutescentes subtùs purpurascens. Achænia glabra. Pappus basi plumosus. (v. s. comm. à cl. auct.)

59. *S. RAMOSISSIMA*, caule erecto ramosissimo, foliis linearibus glabris acuminatis, capitulis longè pedicellatis nudis circ. 6-7-floris, invol. squamis acuminatis ligulas æquantibus. \mathcal{L} in Oriente ad Elwend legit cl. Aucher! *S. eriosperma* Auch.! pl. exs. n. 3330, sed differt ab eâ et ab omnibus ferè aliis capitulis 6-7- nec multifloris. Folia caulina circ. pollicem longa, 1-2 lin. lata. Cor. flavæ. (v. s. comm. à cl. inv.)

60. *S. VIRGATA*, internè sublanata, cæterùm glabra, caule ramosissimo, ramis virgatis, foliis sub origine ramorum linearibus elongatis acutis, capitulis paucifloris, invol. 6-7-phyllo glabro. \mathcal{L} in Indiâ bor. occid. legit cl. Royle! Affinis *S. divaricatae*, sed folia longiora apice non uncinata. (v. s. comm. à cl. inv.)